

B. M. II, 319.

H. 62, 2.

DISSERTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA

DE

IVRE ROMANORVM

CIRCA

FLVMINA, ALVEOS
ET RIPAS

QVAM

EX DECRETO ET AVTORITATE
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

D. XXVII. FEBR. MDCCXXXVIII.

PRO GRADV DOCTORIS
OBTINENDO

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT

CHRISTIAN. GODOFREDVS
REINHARDT

MERSEBURGENSIS

REV. AC SER. DVC. SAX. MERSEB. CAVSAR. CAMER.
PROCVRATOR ET ILL. REGIM. PATRII ADVOC.
ORDINAR.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



DISSESSATIO NAVACARVIRIUS IURIDICAY

HE

IARRE ROMANORVM

CIRCA

HEMIMIA ALVHOS

S T E

MAVO

EX SECRETATVA TRACTATATE

PROTOMONUM INSTITUTA IN MUNDICAY

LITERATINAS

DIXIT IN TERRA MODERNA

IN CIRCUITO DOCTOLIA

COLLEGIO

TRANSCO PROTRACTUS EX MAXIMA

TRINITATIS

CHRISTIAN GODFREDA

REINHARDT

EX LIBRIS D. G. VON HORNES ET C. H. G. C. M. R.

EX LIBRIS D. G. VON HORNES ET C. H. G. C. M. R.

LIBRIV

OTHIOMIA FAVDIBVRM IN

SVMME REVERENDO
PERILLVSTRI ATQVE EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO
D O M I N O
L V D O V I C O A D O L P H O
SACR. ROM. IMP. BANDERESIO
ET LIBERO BARONI
D E Z E C H

DYNASTAE IN BVNDORFF ET GEVSA etc.
POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS
ET SERENISSIMI SAXONVM PRINCIPIS ELE-
CTORIS MINISTRO STATVS INTIMO, IAM AD
AVLAM CAESAREAM PRIMI ORDINIS LEGATO
VT ET REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI
DVCIS SAXO-MERSEBURGENSIS MINISTRO
STATVS ET CONSILIARIO SANCTIORI, EC-
CLESIAE CATHEDRALIS MERSEBURGENSIS
PRAEPOSITO, CAMERAEQVE DVCALIS
PRAESIDI

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

SUMME REAVERENDO
PERUINATRI ALTAE EXCELENTE
TITISIMO DOMINO
DOMINO
LAUDAVICUS ADOLPHUS
SACER ROM IMP RUNDRESSI
ET LIBERO BARONI
DE FECHE
DUCATI IN BANDORT ET GEUSA etc.
TOTINTISSIMI SAMMATRUM REGIS
ET SURNISSIMI SAXONUM PRINCIPIS FLE
CENSIS MINISTRORUM STATAS INTIMO IAM UD
AVAM CIVITATUM PRIMI ORDINES PROTO
AT ET PEARUNDISIMI AC SERENISSIMI
DACIAKO-WRESSARGENSIS MINISTRO
SILES ET CONSILIARIO SANCTIORI EC
CERUE CATHDRALIS WRESSARGENSIS
PIMENTOSITO CAMERUAGAE DACALIS
PRÆSIDI
DOMINO SA GRATIOSISSIMO

HEROI
IN TOGA SPLENDIDISSIMO
PRINCIPVM DELICIO
CIVIVM SOLATIO
DISPVINATIONEM HANC IN AVGVRALEM
IN TESSERAM ET PIGNVS VENERATIONIS
DEVOTISSIMAE
D. D. C.
SIMVLQVE PRO EIVSDEM PERPETVA
PROSPERITATE VOTIVAM HANC
SVSPENDIT TABVLAM
SVMMO EIVS PATROCINIO SE SVAQVE STVDIA
HVMILLIME COMMENDANS

T A N T I N O M I N I S

CVLTOR DEVOTISSIMVS
CHRISTIANVS GODOFREDVS REINHARDT.

HEROI
IN TOGA SPLENDIDISSIMO
PRINCIPALM DELLICO
CIVIA M SOLVITO
DIPLOMATICO HANC INAGARLEM
IN TESSERIA ET HNC AESTRATI
DEAOLSSIMAE
D.D.C.
SIMULACRE PRO EVAUDVI. FERRATI
PROSPERITATE VOLVAM HNC
SALVATICI TRABAVI
SAMMO HIS SATRICINO SE SAVOUE STADIA
HUMERIS COMMENDAVI
TANTI NOMINI

CHRISTIANAE GODOLDEAE LUDWICÆ
CATOZ DEAOLOSSIMAE



CONSPECTVS DISPV TATIONIS.

*Prooemium exhibens scriptio, atque di-
instituti rationem. uisio.*

*§. I. Fluminis descri- §. IV. De Iure circa
ptio, eiusque divi- flumina. Explican-
fio.*

*§. II. Alueus quid, et de R.D.
quotuplex.*

*§. V. An qui in flu-
minis publici di-
uerti-*

BR00E

uerticulo solus per plures annos pescatus sit alterum quo minus eodem iure vtatur, opposita exceptione praescriptionis, impedire queat. Ex script. et L. 45. D. de Vsurpat.

§. VI. De Iurisdictione in flumina ciui- li, et criminali.

§. VII. De Iure aluei.

§. VIII. Quid Iuris sit circa Ripas. Quae- dam de agris limitatis, et non limitatis, nec non de aggeribus.

§. IX. Ulterior demonstratio ex hi- storia iuris.

§. X. Usus fluminum riparumque publi- cus pro ratione ha- bet fauorem com- merciorum.

§. XI. Conclusio.

PROOE-

PRO O E M I V M .

Naturalissimus ille rerum status , in quo (vt ait Ambrof. off. L. 1. c. 28.) natura omnia omnibus in communione profudit , quemadmodum a dominio plane alienus est , ita insuper quaedam in eo occurunt *ad e s p o r a* , quae usibus quidem hominum inseruiunt , per se tamen omnem respuunt proprietatem. Boehmer. I. Publ. Vniu. P. Spec. L. 2. c. 10. Hinc licet posthaec rerum dominia , praecedente humano facto , i. e. occupatione fuerint introducta , haec tamen quae proprie occupari non potuerunt , mansere in statu naturali tanquam *ad e s p o r a* , i. e. ea quae dominum non patiuntur. Interim inuentis in statu Ciuali pluribus figmentis , inuentus quoque modus , cuius ductu haec *ad e s p o r a* quodammodo occupari , et sic in proprietatem possent deduci. Occupato nimirum per Vniuersitatem certo terrarum tractu , non id solum quod intra eum continetur , pro

B

occu-

mib.

occupato habetur, et ad Rempublicam spectat,
sed illa quoque huc referuntur, quae tanquam ac-
cessoria tractus occupati consideranda veniunt.
Plures enumerat species Ill. Boehmer. c. l. §. 13. squ.
nobis autem non nisi eas attingere animus est, quae
frequentissimis subiacent controversiis. Primum
heic locum occupat Mare de cuius libertate et do-
minio variae olim et grauissimae eruditos inter ce-
lebrabant controversiae, quas longa serie recen-
set *Hertius* in Notis ad Puffendorff I. N. et G. L. IV.
c. 5. §. 7. conf. *Hopp.* ad Inst. L. II. Tit. 1. §. 1. in
not. quos inter magni nominis autores antesigna-
ni extant *Grotius* in Tr. de mari Libero et *Seldenus*
de mari clauso. Nihil tamen obstat quin media
incedentes via hinc illinc extrema vitemus, asseren-
do mare in tantum videri clausum, et sub domi-
nio, in quantum ut accessorium occupari potest
atque defendi. conf. *Grotius* de I. B. et P. L. II. c. 3.
§. 11. Illud vero maris dominium non in sola se
exerit piscatione, sed necessitas quoque vela sub-
mittendi huc spectat. *Pufend.* I. N. c. l. §. 5. Tan-
dem Legibus iisdem, quibus mare, subiiciuntur
quoque littora maris, quae ut accessorium, occu-
pata regione tota, simul occupari nec ipse quidem
diffi-

diffitetur *Grotius* c. l. §. 9. sq. Ad ~~adversaria~~ porro
spectant flumina , eorumque aluei et ripae , quae
tamen hodie simul cum vniuerso territorio vt ac-
cessoria occupari possunt , cum extra omnem du-
bitationis aleam possum sit , ea vel in medio ter-
rarum tractu inueniri. *Grotius* c. l. §. 7. Nec ita-
que miror , circa ripas , alueos et flumina tot regu-
lariter occurrere iura diuersa , quot inueniuntur
diuersarum formularum Respublicae. Quilibet
inde perspicere potest magnos eorum naevos , qui
ex nimio in ius Romanum affectu haud perpen-
dentes summe discrepantem Latii et Germaniae
statum , illius doctrinas ad Germaniae mores et
consuetudines circa Ripas , alueos et flumina , ob-
torto traxerunt collo. conf. *Thomasius* in naeu. Iu-
rispr. L. I. c. 2. et Ill. de *Ludwig* in Sing. I. publ. R.
G. ad Horn. praefat. §. 5. p. m. 32. squ. Haud ita-
que ex re erit de iure circa flumina , alueos , et ri-
pas , diuerso quaedam differere , quae doctrina tri-
bus absolui potest Capitibus , ita vt Cap. I. doctri-
nam Iuris Romani , II. tradita Iuris Germanici , et
III. effectus hodiernos Iuris Germanici circa flu-
mina , alueos et ripas exhibeat , simulque demon-
stret eosdem ab effectibus Iuris Ciuilis toto vti

aiunt differre coelo. Primum itaque Caput loco speciminis inauguralis properante tamen calamo elaboratum Tibi L. B. iam offero , reliqua quae supersunt, si temporis ratio et labores practici permittent, mox absoluam.

§. I.

Cum de vocabulis fluminum aluci atque riparum differere, nobis non sit animus, L. B. de harum vocum deriuatione et grammatica distinctione sollicitum ad Struu. disp. de fluminibus Ien. 1659. habitam remittimus, in iuridicum potius harum vocum significatum inquisituri. Flumen itaque, quod ipsam denotat aquam profluente differt a riuo magnitudine aut existimatione circumcolentium per L. i. §. 1. D. de Flum. Ziegl. de I. Maiest. L. II. c. XV. §. 3. Quaedam fluminum perennia sunt, quae semper fluunt, quaedam torrentia, quae non nisi hyeme aquas trahunt, subitis imbris exorta et siccitate exarescentia. L. i. §. 2. D. de Flum. vbi tamen simul cautum est, vt si aliqua aestate exaruerit flumen , quod alioquin perenne fluebat , non ideo minus perenne habetur. Perennia flumina pro publicis vendidat Ictus in

in l.c. §. 3. ex *Cassio* publicum flumen ita definiens,
quod perenne sit. Vnde cum plurima, quae
existunt flumina, sint, perennia, non miror, *Mar-
tianum* in L. 4. §. 7. D. de Rer. diu. flumina pene
omnia publica vocare, quod Imperator §. 2. I. de
R. D. vterius extendit, flumina omnia publica
esse declarans. Alius est, qui hodie obtinet hu-
ius vocabuli significatus. Germanis enim ea flu-
mina publica sunt, quae in publico oriuntur, in
publico fluunt, ac Iure Superioritatis ad Vniuer-
sitatem vel eius Rectorem pertinent. *Eckold.* ad
D. Tit. de Flum. §. 1. Priuata vero sunt quae
priuati ex concessione vniuersitatis in suo patri-
monio tenent, et quae Iure priuatorum censem-
tur. Vnde facile est eam quam *Ziegler.* c.l. §. 4.
Wesenbecio adparat. D. de Flum. mouit contro-
uersiam dirimere. Hic enim definitionem secun-
dum hodiernos mores tradidit, quae ideo ex
iuris Romani praeceptis impugnari non potest.

§. II.

Alueus (Wasser-Strasse, Wasser-Läufste,
Wasser-Schlauch) est fossa illa per quam labitur
flumen. *Siruu. d. Disp.* §. 9. Lectus et venter flu-

B 3

minis,

minis, non tamen omnis flumiorum inundatio
alueum ideo facit quod adiacens terra flumine fue-
rit operta. L. i. §. 9. de Flum. sed ad alueum con-
stituendum requiritur, ut per eum flumen con-
sueto decurrat itinere. Est vero alueus vel natu-
ralis, quem sibi flumen ipsum facit, vel artificia-
lis manu et industria hominum factus, qui nihilo
fecius, vbi publicum recepit flumen, pro alueo
vero habendus est. L. i. §. 8. 9. D. de Flum. Vter-
que tamen tantisper solummodo aluei retinet na-
turam, quantisper ipsa fluminis aqua est cooper-
tus, conf. Ziegler. de Iur. Mai. L. c. §. 12.

§. III.

Quod ad ripas attinet, earum *Vlpianus* tradit
definitionem in saepius all. L. i. §. 5. D. de Flum.
quod flumen continet, naturalem rigorem cursus
sui tenens. Et ripa illa esse putatur quae plenissi-
mum flumen complectitur. L. 3. §. 1. De Flum.
ceditque ripa ex quo primum a plano vergere inci-
pit terra, usque ad aquam d. L. 3. §. f. Vnde non
illa quae raro fit aquarum excursio ripae tribuit no-
men et iura, sed ripae tunc reputandae veniunt vbi
ad

ad perpetuam sui mensuram redierit flumen. L. i. §. 5.
ib. Recte itaque ripa non pro extrema aluei crepidine, nam haec pars fluminis et dominii publici est, sed pro parte ad iacentis terrae accipienda, ut colligitur ex §. 4. I. de Rer. diuis. conf. Huber. ad I. h. Tit. §. 7. Diuiditur ripa vel in eam quae publicis impensis munita est, et proprio nomine aggerum venit, de quibus singularis Const. in Cod. de Nili Agger. non rumpendis; vel in ripas proprie ita dictas vbi solertia hominum fluminis impetum cohibet atque coercet, unde talis ripa per alluvionem naturaliter crescere atque decrescere adeoque mutari potest. L. i. §. 5. D. de Flum. Et haec de iuridica verborum significatione sufficient.

§. IV.

Flumina quo attinet omnia publica sunt. i. e. quorum proprietas nullius priuati est, sed imperii Romani, usus vero publicus et communis. §. 2. I. d. Rer. diu. Hinc Ouidius

Quid prohibetis aquas, usus communis aqua-

rum est.

Nam

Nam quae publicae sunt, nullius sed ipsius vniuersitatis esse creduntur. L. i. pr. D. de R. D. Ast cum res communes vti mare, etc. iuris gentium esse affirmet. L. 4. D. de Rer. diu. mox vero L. 5. ibid. etiam res publicas iuris gentium esse tradat, haud ex re erit in veram harum rerum differentiam inquirere. Constat ex L. fin. D. de LL. totum Ius nostrum consistere, aut in acquirendo, aut in conservando, aut in muniendo, vel quod verba L. subsequentia magis innuere videntur, in minuendo aut mutando. Haerebimus iam circa modum acquirendi. Cum itaque in statu naturali, vti in prooemio demonstratum dedimus, omne dominium plane exulet, sola adfuit possessio, quae proinde naturalis possessio in L. i. §. 1. de A. s. A. poss. vocatur. Vnde quae postea introducta est rerum communio, non est Iuris naturalis, sed Iuris gentium, licet ex naturali iure prouenerit. L. 2. 3. 4. 5. D. de diu. Rer. Respuit illa rerum communio Iuris gentium omnem proprietatem, et solum omnibus populis concedit usum, circa eas res quae proprie communes vocantur, et quas recenset Imp. §. I. de R. D. Porro, cum quod quilibet populus si bi Ius speciale constituit, Ciuale sit L. 9. D. de I. et I. illae

I. illae res quae singulis vniuersitatibus propriae sunt, non amplius Iuris gentium remanere possunt, sed dum a singulis occupantur populis excidunt eo ipso Iure Gentium et publicae fiunt. Subiiciuntur itaque Legibus Ciuilibus, populoque liberum est, an earum proprietatem singulis tribuere, an toti retinere velit Vniuersitati. Et tali iure, remoto sic omni dubio censentur flumina, quorum proprietatem ex communione iuris gentium singuli sibi vindicarunt populi, eamque simul ac horum usum legibus munierunt ciuilibus. Vnde non miror, Romanos vii victarum gentium, urbiumque, ita et superatorum fluminum ex auro in triumphum adduxisse simulacra, quale de Rheno, Rhodano, Niloque testatur *Florus*. L. IV. c. 2. Praeterea quoque Tiberi, Nilo, Euphrati, aliisque fluminibus publicis diuinis a Romanis fuisse habitos honores, et suo uetaurilia ad eorum ripas fuisse celebrata, affirmat *Seneca* nat. quaest. L. 4. c. 2. docetque *Tacit.* Annal. L. 6. Nimis omnia eum in finem, ut et ipsa flumina non priuatis sed Reipublicae adquisita esse testarentur, et insuper eo magis priuatorum auaritiam ab illorum proprietate arcerent. Ipse tamen flumen usus fuit publicus, singulis ex populo Roma-

C

Roma-

Romano permisus, ita enim nimis generalia §. 2. I.
de R. D. verba, quae iura piscandi in flumine omni-
bus communia asserunt, recte restringuntur. j. L. 31.
§. 1. de A. R. D. *Hahn.* ad Wesenbec. Lib. 1. Tit. 8.
not. ad n. 3.

§. V.

Exerit se ille cuius antea mentionem fecimus
vſus vel in iure nauigandi. §. 2. I. d. R. diu. j. L. 1. D.
de Flum. quod cuique ex populo competit, vel in
iure piscandi, quod aequē ad omnes spectat, mo-
do ne vlli exinde inferatur incommodum. L. 2. §. 10.
et 16. N. etc. quid in loc. publ. An vero qui in flu-
minis publici diuerticulo solus per plures annos pi-
scatus sit, alterum eodem iure vti opposita exce-
ptione praescriptionis possit prohibere breuissimis
videamus. Affirmatiuam tenet sententiam L. 9. D.
de diu. Temp. Praescr. Negatiuam defendere vi-
detur L. 48. D. de vſurpat. *Cuiacius* equidem ad h.
L. 45. rem acu se tetigisse credit, vbi in L. 45. eum
occurrere Casum autumat, quando qui pluribus an-
nis diuerticulum fluminis possedit, iam non ampli-
us possidet, cum L. 7. de diu. Temp. praescr. eum
exhibere Casum illi videatur, vbi actor in ipsa pi-
scandi

scandi possessione adhuc fuerit constitutus. Sed quid opus est extra Legum verba et tenorem vagari, cum vera ICtorum mens ex verbis prout iacent satis constet. Docet nimirum statim principium L. 45. de Vfucap. ICto ibi sermonem esse de ea quaestione: an Loca iuris gentium publicae a priuato *obtineri* i. e. in proprietatem atque dominium deduci possint? quod negat *Papinianus* L. 9. ibid. et loco exempli adducit, non esse Ius ei qui in fluminis publici diuerticulo pluribus annis solus pescatus sit, alterum eodem iure prohibendi. Sed L. 7. D. de diu. Temp. praeſcr. de solo agit *Vſu* cui eiusmodi exercitio Vſus solitario praeſcribi, aliumque eodem iure *Vti* prohiberi posse affirmat *Marcianus*. Adeoque nulla vera has inter leges versatur pugna, id quod diuersa quae tractant obiecta, satis superque demonstrant.

§. VI.

Iam de Iurisdictione Romanorum in flumina quaedam monenda veniunt, quae cum duplex sit nimirum Civilis et Criminalis, de vtraque videamus. In statu Reip. Romanae populari Ciuilem in flumina publica, Iurisdictionem sine dubio ex-

ercebant magistratus summi, maxime praetores, qui non solum de locis et itineribus publicis, sed et de fluminibus Interdicta proposuerunt, ne quid in flumine publico fiat, ne peius nauigetur, et statio iterue nauigio deterior fiat L. i. pr. D. de Flum. Quod interdictum simul est prohibitorium, antequam tale quid fiat, eoque iam facto restitutorium. L. i. §.19. de flum. Sic nouo Interdicto praetor ait: „quo minus illi in flumine publice nauem rattem, agere liceat, vim fieri veto; L. i. pr. D. vt in flumine. Corn. v. Eck. Princ. I. Ciu. ad D. h. T. Cum igitur extra territorium Ius dicenti impune non pareatur L. f. D. de Iurisd. heic sane ab effectu ad causam recte concluditur, et ex Interdictis praetoriis circa flumina propositis facile patebit ad praetores maxime hanc spectasse Iurisdictionem, quae tamen postea mutato Imperii statu Imperatoris fuit et eorum quibus eam delegare ipsi placuit. Porro ad Iurisdictionem referuntur Ciuilem Corpora Nauiculariorum in fluminibus publicis. Nam cum nemini societatis vel collegii vel huiusmodi corpus habere competit, nisi quibus hoc Sctis vel principum Constitutionibus fuerit indultum L. i. quod Cuiusu. Vniv. ita haec in primis libertas in flumi-

flumine publico, commercii causa societatem ineundi a publica Magistratus Rom. pependit autoritate. Vid. de corporibus nauigantium in fluminibus Galliae. *Gruter. Inscr. DCXLVII. et CCCCXL. 3. Italiæ. L. II. C. Theodos. de Nauicul. et L. 32. ibid. de Nautis Tyberinis vero L. vn. C. h. t.* Criminalem quod attinet Iurisdictionem duplex est quem LL. de eadē proponunt Casum. Alter est in L. Iul. de Annona vbi L. 2. §. i. cautum, ne quis nauem nautamque in flumine publico vel in mari retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur. Quod ipsum in flumine publico maxime commissum delictum accusationi publicae publicoue Iudicio locum facit. Alterum fistit *Scaeuela* in L. 3. De Vac. et Excus. mun. vbi generalis extat prohibitiōne senatori nauem habere licat, quod ex L. Iulia repetundarum deducit Scaeuela, ad Praefides, procuratores aliosue praefectos vero extendit *Hermogenianus*. L. 46. §. 2. D. d. I. Fisci. Senator qui contra LL. allegatas nauem in flumine publico habebat, capite puniebatur teste Cicerone in Verrem. X. c. 18. §. i. qui praemissa quam fistit L. 3. D. de Vac. et Excus. prohibitione, ita pergit. „Antiquae „sunt istae LL. et mortuae, quemadmodum tu dicis,

C 3

„quae

„quae vetant. Fuit ista reprehensio quondam; fuit
„ista seueritas in Iudiciis, vt istam rem accusator in
„magnis Criminibus obiciendam putaret. „ Et
haec sufficient de Iurisdictione Rom. in flumina.

VII.

Aluei regulariter duplex in iure occurrere solet
consideratio, dum vel collectiue sumitur quatenus
aquam fluminis simul continet, vel abstractiue sine
aqua fluminis, mutato nimirum cursu. Quid igit
tur de vtroque aluei statu Iura disponant Romana,
videbimus. Et in priori quidem generalis obtinet
Regula: Cuius Iuris est flumen, eiusdem alueus. L.
7. §. 5. D. A. R. D. Sic quoad proprietatem ille
etiam alueus, quem sibi flumen fecit, et si priuatus
ante fuerit, incipit tamen esse publicus, quia impo
sibile est alueum fluminis publici non esse publi
cum per L. i. §. 7. D. de Flum. Quoad vsum al
uei constat eundem spectare ad illos, qui ex flumine
ipso percipiunt vtilitatem, et quibus Iurisdictio in
flumine competit illis quoque in alueo per L. i. §.
6. 7. 8. de Flum. conf. L. vn. C. de Nautis Tyberi
nis vbi verba notatu digna. „Quodcunque igitur
„nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competen
tibus et solitis obsequiis mancipetur.“ Verum
enim

Scrip.

enim vero in posteriori Alueorum sensu, vbi pro derelictis veniunt, alia Iuris Rom. procedit dispositio. Quodsi enim toto naturali alueo in vniuersum relichto flumen alias fluere cooperit, prior alueus eorum est, qui prope ripam praedia possident, pro modo scil. latitudinis cuiusque praedii quae latitudo prope ripam sit. L. 7. §. 5. D. de A. R. D. Usus vero aluei derelicti nemini patet nisi illis quibus proprietas eius addicitur. L. 36. §. 3. D. de A. R. D. conf. L. 7. §. 5. h. t. vbi *Caius* aequitatem hac in materia praeferit, et §. 23. I. Tit. de Rer. diu vbi Imperator praecise Ius vicinitatis sequitur. Iurisdictio tandem in alueum derelictum eorum est, quorum est in praedia quae prope ripam adiacent. Alueus enim ita occupatus pro accessione fundi habetur, adeoque iisdem ut ille Legibus diiudicatur, vindicatur, possidetur, usucapitur.

§. VIII.

Pergimus ad Ripas, quas itidem publicas esse quatenus flumina tangunt, publica, docet *Paulus* L. 3. D. de Flum. et contra *Labeonem* acriter defendit in L. 65. D. de A. R. D. §. 1. Ex qua lege simul quae priorum temporum sectarumque circa hoc Iuris obiectum fuerit doctrina, patet. *Labeo* enim

enim ripas in Insula fluminis publici iure priuatum censet, *Sabinus* vero quod ex Inscr. all. L. 3. patet, pro publicis eas habet. Limitationem adiecit *Caius* L. 5. De Rer. diu. Riparum quidem vsum publicum ex Iure G. Sicut ipsius fluminis esse assertens, proprietatem vero illis assignans, quorum ripae praediis haerent. Vnde *Celsus* in L. 30. §. 1. D. de A. R. D. referente *Pomponio* ita statuit. si in ripa fluminis, quae secundum meum agrum est, arbor nata sit, meam esse, quia solum ipsum meum est, vsus autem eius publicus intelligitur. Quapropter, qui in ripa fluminis aedificat suum non facit, cum in meo aedificet. L. 15. ib. Magna apud Romanos erat differentia inter agros limitatos, et non limitatos. In his riparum priuatum datur dominium, in Limitatis vero, quales fuere agri manucapti, ripae publici maneabant iuris, nec ius alluusionis circa eas obtinebat. L. 16. D. de A. R. D. L. 1. §. 6. de Flumin. vsus vero riparum semper sine dubio fuit publicus ex Iure G. spectans ad eos, qui ex populo erant Romano. §. 4. I. Tit. de R. D. Nec tamen illimitatus hic est riparum vsus, sed restringitur ad qualitatem fluminis, et obtinet generalis dispositio. L. 2. §. 9. D. ne quid in loco etc.

Quoties-

,Quotiescumque aliquid in publico fieri permitti-
stur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuius-
,quam fiat. Tandem circa Iurisdictionem in Ripas
notanda L. i. pr. §. 19. D. de Flum qua cautum:
Ne quid in flumine publico ripaue eius facias, ne
quid in flumine publico, neue in ripa eius immittas,
quo statio iterue nauigio deterior sit, fiat. Quo mi-
nus ripam onerare, exonerare liceat, vim fieri vetat
L. i. pr. vt in flum. publ. Aggeres quod attinet
quoad proprietatem et vsum publici erant, et gra-
uis eos, qui illis nocent, expectat poena vt de Chlo-
matibus (i. e. aggeribus qui aquam Niloticam con-
tinent) et iis qui ea rumpunt, soluuntque disponit
L. 10. D. de Extraord. Crimin. imo capitalem flam-
marum poenam statuit Imp. L. Vn. C. de Nili. agg.
non rumpend.

§. IX.

Ast non legum solum verba nosse, sed vim ac
potestatem eorum tenere decet. L. 17. D. de LL.
Cum itaque Iuris Romani ratio ex nullo alio tam
commode peti possit fonte quam ex ipso Reip.
Romanae statu, haud ex ro erit pauca de eodem
adiicere. Ab initio itaque Reip. Rom. durante sta-
tu illius Monarchico omnia non populi erant sed

D

Regis.

Regis. Hinc ab iisdem non vrbes solum et agros sed ipsa quoque flumina nomen accepisse ex *Liuio* Hist. L. 1. c. 3. constat, quaeque ab hostibus capiebantur terrae, non populo cedebant principaliter sed Regi. Idem ib. c. 10. sqq. quod formula publicae deditonis testatur Collatinorum. Rex interrogavit Tarquinius. „Deditisne vos populum Col- „latinum, vrbum, agros, A Q V A M, terminos delubra, „vtenfilia, diuina humanaque omnia in *Meam*, popu- „lique Rom. ditionem. Deditimus. At ego reci- „pio. Liu. c. l. i. c. 37. Eiectis vero Regibus sensim exoleuerunt leges ab iisdem latae. L. 2. §. 3. D. de O. R. et obtinuit status plane popularis. Ita ter- rae, agri, vrbes et omnia ab hostibus capta pro pu- blicis rebus habebantur. His sane principiis po- pularibus status Romani nititur conclusio: Loca publica, qualia sunt flumina et aluei, in nullius nisi Reip. Rom. esse dominio, vsumque eorum omni- bus e Republica patere. Licet vero postea sub Imperatoribus status Reip. iterum mutaretur, obti- nuit tamen differentia inter patrimoniales Imp. pro- prias, et res imperii publicas, quod testatur T. Cod. de Agricol. et Mancip. Dominic. vel fiscal. Et pa- trimonium hoc Imperatorum publicum, quod in

Co-

Codice fundorum dominicorum nomine venire solet, inalienabile fuit, prout docet *Christ. Friesius* in praef. ad Collect. Iur. Roman. p. m. 2. Vnde non miror Iustinianum rebus sic stantibus leges de fluminibus publicis antea latas approbasse.

§. X.

Communis tandem fluminis riparumque usus pro ratione meo equidem iudicio habet insignem commerciorum fauorem. Romana enim ciuitas, cum ingenti frequentaretur multitudine, cui alienae, nec qui Romam circum iacebant agri, nec Italicum sufficiebant solum, inde grauissima saepe annoae caritate laborabat. Hinc itaque fauor commerciorum. Non enim earum solum, quae ad viatum vel quemcunque usum pertinent specierum monoplia sustulit L. vn. C. de Monop. nouaque vectigalia grauissime vetat L. i. C. ne. vectig. nou. sed grauissimis praeterea poenis coercentur ii qui commercia vlo modo euertunt, atque impediunt. Ita L. Iulia de annona poenam statuit aduersus eum qui nauem nautamue retinet, aut dolo malo facit, quo magis detineatur. L. i. §. i. D. L. Iul. de an. Hinc magna Negotiatorum Collegia quale Mer-

D 2

curiale

curiale fuit, et Capitolinum. *Heinecc.* in *Antiqu.*
Rom. ad I. L. i. IV. Tit. 7. n. 1. et *Cicero de Offic. L.i.*
 c. 42. eam praecipue laudibus mactat mercaturam
 quae satiata quaestu vel contenta potius ex alto in
 portum, et ex portu in agros possessionesque se con-
 tulerat. Et ex hoc vero et genuino fundamento
 Romani non fluminum saltem liberam concedebant
 toti populo nauigationem, cum liberrimo riparum
 vſu, sine quo nauigatio rite perfici nequit, sed ad eam
 eo citius promouendam incitamentum quoddam
 adiiciebant, permissa nimirum cuius ex populo in
 flumine publico pescatione, cum omni iure ad ean-
 dem spectante.

§. XI.

Et haec de Iuris Romani dispositione ac ratio-
 ne circa flumina, alueos et ripas, scripsisse sufficiat.
 Quae tanquam ex fundamentis Iuris et status pu-
 blici populi Romani deducta, cum ad statum prae-
 sentem applicari non possint, ne in patria hospes
 esse videar, omnem mouebo lapidem ut quod statum
 fluminum, aluei riparumque ex ipsis Iuris Germa-
 nici visceribus exponunt, Capita, prelo simulque
 Tuae L. B. censurae mox subiici queant.



B.I.G.



INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
ROMANORVM
CIRCA
NA, ALVEOS
RIPAS

QVAM
CO ET AVTORITATE
CVLTATIS IVRIDICAE
SIENSIS

EBR. MDCC XXXVIII.

DV DOCTORIS
TINENDO

VIDITORVM EXAMINI
SUBMITTIT

N. GODOFREDVS
NHARDT

SEBURGENSIS

AX. MERSEB. CAVSAR. CAMER.
ILL. REGIM. PATRII ADVOC.
ORDINAR.

PSIAE
A LANGENHEMIANA.

BIBLIOTHECA
NICKAVIANA

